XXVII Ut idem episcopus factus gregorio papae q(ua)e sint brittaniae gesta mandarit simul et de necessitatibus suis responsa petens acc-

XXVIII Ut papa gregorius epistulam arelatensi episcopo cisperit; pro adiuuando in opere dei augustino; — miserit — miserit;

XXVIIII Ut idem augustino palliu(m) et epistulam et plures uerbi ministros.

XXX Exemplar epistulae quam mellito abbati brettaniam pergenti misit ;—

XXXI Ut augustinu(m) p(er) litteras ne de uirtutib(us) suis gloriaretur hortatus sit;

XXXII Ut edilberechto regi litteras et dona miserit ;

XXXIII Ut augustinus ecclesiam saluatoris instaurauerit et monasteriu(m) beati petri apostoli fecerit et de primo eius abbate petro

XXXIIII Ut edilfrith rex nordanhymbroru(m) scottoru(m) gentes proelio conterens ab anglorum finib(us) expulsus est ;— EXPLICIUNT CAPITULA

INCIPIT IPSE LIBER

BRITTANIA OCCEANI INSULA CUI QUONDAM ALBION no(me)n fuit inter septentrionem et occidentem locata est germaniae galliae hispaniae maximis europe partibus multo interuallo aduersa, quae per milia passuu(m) · dccc; in boream longa latitudinis habet m(ilia) · cc · exceptis dumtaxat prolixorib(us) diuersorum promontoriorum tractib(us), quib(us) efficitur ut circuitus eius quadragies octies · lxxv · milia conpleat, habet a meridie galliam bellicam cuius proximum litus transmeantib(us) aperit ciuitas q(uae) d(icitu)r rutubi portus a gente anglorum n(un)c corrupte reptacaester uocata, interposito mari a gessoriaco morynoru(m) gentis litore proximo traiectu milium · l · siue ut quidam scripsere stadioru(m) · ccccl · a tergo aut(em) unde occeano infinito patet orcadas insulas habet;

© HAB http://diglib.hab.de/mss/34-weiss/start.htm?image=00016

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen

Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation

Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991

© Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/hab_mss34-weiss/0016